UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E. Cardinalis, Institutiones linguæ Hebraîcæ

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**[Genf], 1619**

De literis paragogicis. 7.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69647

Visual Library

| | | |
|---|---|---|
| יִפְקְדָה | יִשְׁמַע | יִפְקְדוּ |
| זִפְקְדָה | יִשְׁמָעֵהוּ | יִפְקְדוּךָ |
| יִפְקְדֶנָּה | יִשְׁמָעֲךָ | יִפְקְדוּכֶם |
| יִפְקְדֶךָ | יִגְאַל | יִפְקְדוּךְ |
| יִפְקְדֵן | יִגְאָלֵהוּ | יִפְקְדוּכֶן |
| יִפְקְדֵכֶן | יִגְאָלֵךְ | |

Cætera omnia huius perſonæ יִפְקְדוּ *ipkedu*, vt imperatiu. פִּקְדוּ *pikdu*.

## CAP. VII.

### *De literis Paragogicis.*

Paragogicę literę quinque.

AD perfectam cognitionem nominum, & verborum, ſciendum eſt quinque eſſe literas, videlicet אהוין *eheuaion*, quæ paragogicæ, ſiue addititiæ nominantur, propterea quòd interdum tùm nominibus, tùm verbis, ſolius euphoniæ cauſa, ſuperadduntur: & quidem א inuenitur Eccleſiaſtæ 11. in voce יְהוּא *iehu, erit*: vbi ſciurec eſt loco chiric longi: ſic enim eſſe debuit, יְהִי *jehi*.

2 He

2 He inuenitur frequenter in voce לַיְלָה *lajela, nox.* Item in infinitiuo, & imperatiuo: ſed mutantur tunc puncta eo modo, quo propter affixa, vt לְפָקְדָה *lepokda, ad viſitandum,* זָכְרָה לִי, *zocra li, memento mei.* Denique etiam in futuro, vt אֶשְׁכְּנָה *eſcena, habitabo,* נִשְׂמְחָה *niſmecha, lætabimur,* יָחִישָׁה *jachiſcia, accelerabit.*

3 Iod additur interdum nominibus adjectiuis fœminini generis, vt מְלֵאָתִי *melaathi, plena,* pro מְלֵאָה *melea.* Item Benoni, & Paul, vt יוֹשְׁבִי *joſcievi,* pro יוֹשֵׁב *joſciev, ſedens,* & גְּנֻבְתִי *ghenuvti, furto, ablata,* pro גְּנֻבָה *ghenuva.* Item in infinitiuo, vt לְהוֹשִׁיבִי *lehoſcivi,* pro לְהוֹשִׁיב *lehoſciv, ad habitare faciendum.* Denique inuenitur lib. 2. Regum, ca. 13. verſu 20. in media voce אֲמִינוֹן *Aminon,* pro אַמְנוֹן *Amnon. Num Amnon frater tuus?* &c. Et lib. 1. Eſdræ, cap. 10. verſu 16. לְדַרְיוֹשׁ *ledarjoſc,* pro לִדְרוֹשׁ *lidroſc, ad quærendum*: ſed priori in lo-

co contẽptus gratia additũ videtur.

4 Vau redundat in illa voce חיתו *chaietho* Geneſis 1. pro חית *chajath*.

5 Denique nun additum reperitur frequenter tertiæ perſonæ præteriti pluralis numeri, vt ידעון *jadenghun, cognouerunt*. Item in infinitiuo, vt באבדן *beovdan, in pereũdo*: & futuro, vt ידרכון *idrecun, tendent*, תדרכון *thidrecun, tendetis* quod etiam accidit ſi ſequantur affixa, vt יכבדנני *jecabbedaneni*, pro יכבדני *jecabbedani, honorabit me*. Atque hæc de verbis & nominibus.

# PARS QVARTA, QVÆ EST DE RELIQVIS ORATIONIS *partibus, & de Syntaxi.*

## CAPVT I.

*De Aduerbio, Præpoſitione, Conjunct-*